Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

V 4, 12 e.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

VII,12e.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

IN RECENSIONE
ANECDOTORVM ROTLEBIENSIVM

MEMORIA NATALI
PERILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISIMI
DOMINI
ANTONII FRIDERICI
DE BEVLWIZ,

DYNASTAE ROTLEBIAE, EICHICHT, LOEHMAE,
MVNSCHWIZ CET.
SERENISS. PRINCIPIS SCHWARTZBVRG. RVDOLSTAD. A CONSILIIS INTIMIS, CANCELLARII SPLENDIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSILIORVM PVBLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERINRINGENSIS AC STRAVSBERGENSIS DIOECETAE MVLTO SPECTABILIS CET.
D. XXIX IANVAR MDCCLI.
EX VOTO REVERTENTE,
PERGIT
ET PIA MENTE CONGRATVLATVR
IOANNES FRIDERICVS MüLDENER.

FRANCOHVSAE, LITTRIS KEILIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

Vir
Perilluſtris atque Excellentiſſime,
Mecoenas pie ſemper colende,

Nec iterum deſunt anecdota quaedam Rotlebienſia, quae ad hiſtoriam huius uillae ulterius illuſtrandam explicandamque haud parum conferre uidentur. In iſtis itaque recenſendis nunc pergo, certe perſuaſus, fore, ut, *Vir Perilluſtris* atque *Excellentisſime*, clementer ea ſis accepturus, quae ex deuota mente profecta, ſanctiſſime teſtor.

I.) Ad uitam *Conradi de Rotleben.*

Huius uitam iam antea quidem expoſui in ſchediaſmate anno 1744. typis expreſſo, in eoque ſimul ex documentis fide dignis probatum dedi, quod Conradus iſte Praefectus Sangerhuſae et uir magnae autoritatis fuerit, multumque gratia apud Magnum Iuniorem, Brunſuicenſium Ducem, ualuerit: Quod uero poſtea aliam ad-

huc reperi chartam, quae huius Conradi mentionem facit, eam, pro ſupplenda Rotlebiae hiſtoria, non praetereundam duxi. Sequentis autem hae literae ſunt tenoris:

In nomine Domini Amen. Nos Albertus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Halberſtadenſis antiſtes omnibus & ſingulis preſentibus quam futuris volumus eſſe notum, quod pie memorie venerabilis in Chriſto pater & Dominus Vdalricus olim noſtre eccleſie epiſcopus, oculis miſericordie Caldenbornenſem inſpexit eccleſiam - - - Anno Domini Mo CCCo LXVIII. in die corporis Chriſti. (Teſtes) Dominus Henricus prepoſitus majoris eccleſie, Albertus Decanus, Ludewicus de Honſtein, Senior capituli, Bernhardus Cellerarius, Petrus Camerarius, Lippoldus Scholaſticus &c. Ex laicorum vero ordine Dominus Magnus Junior, Dux Braunſwigk & Leuneburg, Albertus & Ludewicus Domini nobiles de Hackenborn, Siffridus de Hoym, Henricus Stammern, Ludewicus de Sangerhauſen, Henricus de Morungen & *CONRADVS de ROTLEBEN* milites, Albertus de Wegeleben, Siffridus de Arnsberg & Henricus Karze, famuli & alii fide digni. (a)

Ex eadem illuſtri Rotlebiorum gente, poſt Conradum, ducentis annis fere praeterlapſis, iterum Sangerhuſani Praefecti munere functus eſt *MELCHIOR de ROTLEBEN*,

(a) Integra charta proſtat in Lenzii Diplomatiſcher Stiffts- und Landes-Hiſtorie von Halberſtadt p. 326.

LEBEN, prout nuperrime ſum edoctus a ſummo, dum uixit, et poſt mortem uenerando, hiſtorico, rerum patriarum maxime gnaro, B. Burc. Gotth. Struuio, qui parte tertia *des neueroefneten hiſtoriſchen und politiſchen Archivs p. 178. ſeqq.* ex actis teſtatur, quod Melchior de Rotleben, *Amtmann zu Sangerhauſen ao. 1531.* inter alios Saxoniae et præprimis Georgii Barbati Ducis nobiles Grimmae conſederit. (b) Videtur, ni fallor, hic Melchior fuiſſe frater Balthaſaris et patruus Melchioris de Rotleben, qui eodem tempore uixere, prout alibi fuſius demonſtraui.

II.) Ad uitam *Wilhelmi Friderici de Rotleben.*

De hoc quidem uaria iam protuli in ſchediaſmate anno 1747. exarato: Varia uero tunc mihi defuere, quae nunc memoriae prodidiſſe non poenitebit. Literis nobilis iſte de Rotleben Ienae ſtrenue incubuit, prout ex ſpecimine quodam, latina lingua confecto, ſatis perſpexi: quod eo magis notari meretur, quo certius eſt, quod iſto, quo uixit, tempore, nobiles arma potius, quam literas, in deliciis habere uidebantur. In matrimonium duxit Mariam de Tettenborn, cuius pater fuit Hanſius de Tettenborn in Wechſungen, qui coniugii lege ſibi iunxit Eſther, filiam Chriſtophori de Hagen, Nobilis Hohnſteinenſis haud ignoti, adeo, ut hic proinde fuerit auus Mariae de Rotleben. Vtriusque et Hanſii de Tettenborn et Chriſtophori de Hagen effigiem ad hunc

 usque

(b) B. Struv. c. l. Vorzeichnüs der Graven und Ritter, ſo zum niederſitzen verordnet vvorden zu Grimma ao. 1531.

uſque diem Rotlebiae conſpicere licet: ex quibus prior fuit vir apprime doctus et Electori Saxoniae à conſiliis appellationum (c) poſterior uero, Chriſtophorus ab Hagen, memoriam ſui reliquit, in diffidatione quadam, quae inter Rudolphum quendam, et Canonicos Iecheburgenſes, ea aetate inciderat. Huius uiri character ut eo melius innoteſcat, pauca quaedam, huc facientia, ex P. Jouio (d) quem non cuiuis adire licet, recenſere lubet: *Anno 1538. vvar Hildebrand Rudolph der Domherren des Stiffts Jechaburg Feind, und that ihnen vielen Schaden, daſs ſie auch ihres Lebens in ihren Haeuſern nicht ſicher waren. Er ſchickte ihnen einen Fehdebrief, der alſo lautete:*

Jch Hildebrand Rudolf der alte thue kunt offenbar vor jederman und thue euch Pfaffen zu Jechaburg hiermit in dieſem offenen Feindesbriefe, vvill euer œffentlicher Feind ſeyn, mit ſamt meinen Helfern und Helfers-Helfern, und vvie ſich Feindes art und maſe eigenet, mit rauben, brennen, todſchlagen und euch das allerärgſte zu thun, vvie man das erdencken kan und mag, und hiermit vvill ich mit einem Hauffen Pfaffen handeln friſch und frölich.

(Longe lateque nunc recenſentur latrocinia) *Hier über wurde Graf Günther von Schvvartzburg ſehr aufgebracht. Er lieſs ſichs dannenhero ernſtlich angelegen ſeyn, dieſen Räuber gefangen zu bekommeu, machte hin und vvieder gute Anſtalt und ſetzte zu dem Ende 100. Thaler auf ſeinen Kopf, vvodurch es denn geſchahe, daſs er endlich ao. 1540. auf dem*

(c) Eckſtorm. Chr. walckenr. p. 226.

(d) Chr. Schwarzb. MS. P. V. c. 68.

dem Eichsfelde ausgekundſchaffet und zu Dina gefänglich eingebracht vvurde. Vor dem zu Dina, ſo denen von HAGEN zu gehöret, niedergeſetzten Gerichte geſtund er ſeine Verbrechen freyvvillig und bat um das Schvverd, vvelches ihm in einem von dem Schöppenſtuhle zu Magdeburg geſprochenen Urtheil vvar zuerkannt vvorden; Allein CHRISTOPH von HAGEN (avus Mariæ de Rotleben) machte dieſe Sache ſehr vveitläufftig, lieſs Advocaten von Eſchvvig und andersvvo herhohlen, die den Inquiſiten defendiren ſolten, lieſs auch das Gericht mit 20. Bauren beſetzen. Die dabey ſizenden Schvvarzburgiſchen Deputirten beſchvverten ſich hierüber hefftig und berichteten ſolches Graf Günthern, der durch ſeinen Rath und Landvogt Oſsvvalden von Tottleben ſolches bey Churfürſt Johann Friedrichen und Hertzog Johann Ernſten zu Sachſen melden und bitten lieſs, dieſervvegen interceſſionales *an den Hauptmann des Eisfeldes, Siffrieden von Bilſingslævven, ergehen zu laſſen. Dieſes würckte auch ſo viel, daſs CHRISTOPH von HAGEN ſich eines andern beſann und kurtz darauf Hildebrand nach Urthel und Recht* juſtificiret *vvurde &c.*

III.) Ad ſchediaſma de uillis Rotlebiam iuxta quondam ſitis.

Villas quondam, Helmsdorfium et Hermſtadium Rotlebiam uerſus olim ſitas fuiſſe, in congratulatione, ao. 1741. eodem hoc die laetiſſimo conſcripta, ex chartis quibusdam ineditis, ſatis ſuperque probaui, licet tunc affirmare non ſum auſus, quod templum ſeu aedes ſacra Hermſtadii quoque fundata fuerit: nunc uero certior factus, ſequentia uerba ex uetuſto libro manuſcripto reliquis

quis adnotationibus addere non alienum duxi: *Zu erbauung derſelben Brücke bey Rotleben (ums Jahr 1560.) hat v. G. Herr Graf Günther von der WüSTEN KIRCHEN HARTT VBER ROTLEBEN etliche Fuder Hauſteine aus Gnaden darzu gegeben.* Et porro: *Zur andern Brücken hat gleichfals Graf Günter etliche Hauſteine von gemelder ALTENKIRCHEN aus gnaden gegeben.* Ex quo colligere licet, quod, iam ſaeculo decimo ſexto, Hermſtadium uilla cum templo quondam ibidem exſtructo, et, uti uidetur, ſatis ſumtuoſo, deſtructa fuerit et deſolata.

Quod reliquum eſt, nihil magis in uotis habeo, quam ut ſummum Numen, *TE, VIR PERILLVSTRIS* atque *EXCELLENTISSIME*, porro clementiſſime tueatur, ut floreat et uigeat *GENEROSISSIMA TVA DOMVS*, ut omne, quod agis, feliciter cedat, ut creſcant in dies uires corporis animique, nec accidat quicquam, quod *TIBI* nocere nobisque ingratum eſſe poſſit. Dabam Francohuſae, d. XXIX. Ianuar. 1751.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

Zc 4921.

ULB Halle 3
001 818 252

5b

nc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17

IN RECENSIONE

ECDOTORVM ROTLEBIENSIVM

MEMORIA NATALI

PERILLVSTRIS

ATQVE

EXCELLENTISIMI

DOMINI

ONII FRIDERICI

DE BEVLWIZ,

AE ROTLEBIAE, EICHICHT, LOEHMAE,

MVNSCHWIZ CET.

S. PRINCIPIS SCHWARTZBVRG. RV-

A CONSILIIS INTIMIS, CANCELLARII

SSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS CONSILIO-

BLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE HERIN-

ENSIS AC STRAVSBERGENSIS DIOECETAE

MVLTO SPECTABILIS CET.

D. XXIX IANVAR MDCCLI.

EX VOTO REVERTENTE,

PERGIT

ET PIA MENTE CONGRATVLATVR

INES FRIDERICVS MüLDENER.

FRANCOHVSAE, LITTRIS KEILIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-223361569-17